

ARTICULUS XXI.  
DE  
ANTICHRISTO.  
APHORISMUS.

Antichristus κατ' ἐξοχήν sic dictus & specialiter, est hostis Descriptio  
Anti-  
Christi.  
Ecclesiæ Christianæ capitalis, in quâ furore Diaboli ini-  
quitate hominum & judiciariâ DEi ordinatione erupit,  
atque ut caput successivum certi hominum ordinis  
ἀπειθείαν & ἀνομίαν adversus Christi doctrinam cum su-  
perbia supra DEum & magistratum religionis titulô  
continuo orthodoxos prosequitur & eorum Ecclesiam  
quantum potest pessundat, destruendus plenissime  
tempore adventus Christi ad iudicium. Quæ descri-  
ptio in Pontificem Romanum apprimè quadrat.

## EXPLICATIO.

## I. Antichristus.

1. Nomen hoc est ἑγχεσθον, quinquies enim in Bibliis sacris occurrit,  
& quidem ab Evangelistâ & Apostolô Johanne tantum usurpatur,  
1. Joh. II. bis occurrit, nempe v. 18. & 22. cap. IV, 3. 2. Joh. v. 7.
2. Componitur ex χριστός & præpositione ἀντί, quæ præpositio ἀντί  
diversas habet in Scripturâ significationes. Tres tamen potissimum  
ad præsentem locum pertinent.
  - a) Quatenus notat eum, qui alteri adversatur eidemque sese oppo-  
nit, ut Luc. XIII, 17.
  - b) Quatenus notat æqualitatem, ut Rom. I, 27. habetur ἀνιμίδια,  
quæ vox præmium vel compensationem æqualem significat.  
Sic Antichristus se æqualem DEo constituit.
  - c) Quatenus notat, vicem alterius sustinere, ut ἀντίλυτρον, quod signi-  
ficat pretium vice alterius solutum & 1. Timoth. II, 6. de Christô  
usurpatur. Quæ significatio etiam in Antichristum quadrat, ait  
enim se vicem DEi gerere in his terris, ubi ex insolenti inscriptio-  
ne Pauli V. patet, quæ ita habebat: *Paulo V. Vice-Deo.* 3